



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

438. De redemptionis pretio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Si quis aliquem hominem malo ordine vendiderit , similiter pœniteat.

Si quis aream aut domum alterius voluntariè igne cremaverit , similiter pœniteat.

Si quis per iram aliquem percußerit , & sanguinem fuderit , aut debilem fecerit , quadraginta dies pœniteat in pane & aqua.

Si aliquis excommunicatus mortuus fuerit.

Vt suprà.

Halitgar. lib.

6. c. 10.

Burchard. lib.

11. c. 51.

C C C C X X X V I. Si aliquis excommunicatus fuerit mortuus , qui jam sit confessus , & non occurrit venire ad sacerdotem , sed præoccupavit eum mors in domo aut in via , faciant pro eo parentes ejus oblationem ad altare , & dent redemptionem pro captivis.

De eo qui furatus fuerit per necessitatem.

Burchard. lib.

11. c. 56.

C C C C X X X V I I. Si quis per necessitatem furatus fuerit cibaria vel vestem vel pecus per famem aut per nuditatem , pœniteat hebdomadas quatuor. Si reddiderit , non coagatur jejunare.

De redemptionis pretio.

Burchard. lib.

19. c. 22.

C C C C X X X V I I I. Si quis forte non potuerit jejunare , & habuerit unde possit redimere , si dives fuerit , pro septem hebdomadis det solidos viginti. Si non habuerit tantum unde dare possit , det solidos decem. Si autem multum pauper fuerit , det solidos tres. Neminem vero conturbet quia jussimus dare solidos viginti aut minus : quia , si dives fuerit , facilius est illi dare solidos viginti quam pau-

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 379
peri solidos tres. Sed adtendat unusquisque
cui dare debeat , sive pro redemptione capti-
vorum , sive supra sanctum altare , sive Dei
servis , seu pauperibus in eleemosyna.

Quid pro uno mense agendum sit.

Vnde suprà.

CCCCXXXIX. Pro uno mense quod Burchard. lib.
in pane & in aqua pœnitere debet aliquis,
psalmos decantet mille C C. genu flexo ; & si
non genu flexo , mille D CL XXX. Et om-
ni die , si vult , & abstinere non potest , refi-
ciat ad sextam ; nisi feria quarta & sexta jeju-
net usque ad Nonam. carnem & vinum non
sumat. Reliqua percipiat.

Quid pro una hebdomada.

Vt suprà.

CCCCXL. Pro una hebdomada psalmos Burchard. lib.
CCC. genua flectendo decantet , aut in uno 19, c. 18.
loco per ordinem psallat.

Quid pro uno anno.

CCCCXL I. Qui verò psalmos non no- Burchard. lib.
vit , & jejunare non potest , pro uno anno 19, c. 10.
quod jejunare debet in pane & aqua , det in
eleemosyna viginti sex solidos , & in unaqua-
que hebdomada diem unum jejunet usque ad
Nonam , id est , feriam quartam , & alium , id
est , feriam sextam , usque ad vesperam. Et in
tres quadragesimas quantum sumit penset , &
mediatatem tribuat in eleemosyna.